

Qualis sit ratio genealogiae Iosephi ac Marie, quam euangelistæ litteris consignarunt §. IV.

Quo in loco seruator hominum lucem adspexerit §. V.

Quo anno, mense et die ille humanam sibi iunxerit natu- ram §. VI. VII. VIII.

Quam vilem ac despectam nascendi conditionem habuerit §. IX.

De eius circumcisione, praesentia in templo Hierosolymitano : cultu, quo magi ex oriente cum prosequuti sunt, ac fuga in Aegyptum §. X.

Quid christus in pueritia et adolescencia ad initium publici munieris peregerit §. XI.

De munere eius prophetico, quod

in his terris gessit. Qua ratione ad illud fit vocatus §. XII.

Ac munus ipsum administrauerit §. XIII.

Quot annos in ministerio suo con- fecerit et quamdiu id duraue- rit §. XIV.

De cruciatibus ac morte eius §. XV.

Quo modo post redditum ad pristi- nam vitam ac descensum ad in- feros hominibus adparuerit et abierit in cælum §. XVI.

De forma faciei et corporis chri- sti, qualis illa fuerit §. XVII.

De epistola ad Abgarum, qua ei falso tribuitur §. XVIII.

Testimonia Iosephi ac scriptorum paganorum de christo §. XIX.

SUB initium noui foederis primus publico docendi munere functus est *Ioannes baptista*. Natus parentibus Zacharia, sacerdote iudaico, et Elisabetha ac circumcisus, non sine singulari prouidentia diuina, adolescentiæ annos in desertis exegit, * ac postea in lucem populi progressus, docendo et baptismum administrando præcursoris messiæ partes impleuit sibique magnam conciliauit dignitatem ; ** quum autem Herodem reprehenderet, quoniam fratri Philippi uxorem contra fas et leges sibi adiunixerat, in carcerem coniectus ac supplicio affectus fuit. *** *Quo vteba- tur, vestitus et victus ita fuit comparatus, ut nec gu- læ; nec aliis prauis cupiditatibus inferuiret.* *

* Natales Ioannis baptistæ inciderunt in tempora Herodis, regis Iudææ, *Luc. I, 5.* cognomento *Ascalonitæ et magni*. Parentes ilius, qui ob vitæ sanctimoniam laudantur, *Luc. I, 6.* fuerunt Zacha-